



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Quid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

VI. Vtrum religiosi ad clausuram seruandam non egrediendo claustum
proprio & rigoroso præcepto teneantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

CAPUT VI.

*Virum religiosi ad clausuram seruandam
non egrediendo claustrum proprio
& rigoroſo præcepto re-
neantur.*

Circa clausuram maior est, & specialis monialium obligatio; & ideo quæ in genere dicemus; de viris præcipue intelligenda sunt, postea in cap. 8. & 9. quod feminis fuerit particulare addemus. Potest autem religiosa clausura in duas partes distribui: una est obseruatio clauſtri non egrediendo extra illud; alia est eiusdem clauſtri obseruatio, non admittendo personas extraneas seculares, vel laicas intra illud.

I. Circa priorem partem clausuræ in hoc cap. propositæ, quæſtio est, an habeant religiosi speciale præceptum non egrediendi extra claustrum sine legitima facultate, & consequenter an talis egressus ex suo genere sit peccatum mortale. Ratio dubitandi est, quia hæc obligatio non oritur ex voto, nec ex præcepto Ecclesiastico, ergo ad summum oritur ex regula: ergo non est maior quam sit communis obligatio regulæ: non est ergo, per se loquendo, & ex genere suo peccatum mortale. Prima pars antecedentis probatur, quia religiosi directe non vouent clausuram, quia ordinariè solum vouent tria substantialia vota: neque etiam indirectè in his continetur clausura, nisi in quantum in virtute obedientiæ præcipi potest: ergo donec ita præcipiatur per regulam, vel Prælatum, non est talis obligatio ex vi voti. Neque obſtat quod aliqui dicuntur profiteri expresse hoc modo, Promitto Deo, & sanctis eius, & vobis Domino abbati, me perpetuam continentiam seruaturum in hac domo, vel monasterio, vt ex Speculatore refert Nauarr. statim citandus, tum quia illud speciale est, & mihi non constat in qua religione seruatur: tum etiam, quia intentio illorum verborum non est promittere nunquam exire à monasterio materiali, sed formali, vt sic dicam, id est, seruare continentiam cum perseverentia in tali statu.

Argumentum
pro senten-
tia neg.

Prima pars
argumenti
vrgetur.

II.
Vrgetur po-
sterior pars
argumenti.

Secunda pars probatur, quia nullum est in iure canonicum decretum, quod huiusmodi præceptum satis probet. Nam si quæ sunt, maximè illa, quæ Gratian. congerit 16. q. 1. Illa verò non de permanentia in clausura vt sic, sed in ordine ad abstinendum à functionibus Ecclesiasticis loquuntur, quando verbis vtuntur præceptiuis, vt patebit vnum vel aliud attingendo. Primum est cap. placuit, secundum 16. q. 1. vbi Eugenius Papa ait, Placuit communi nostro Concilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo ausu præsumat. Et infra, Sic clauſtro suo continent: quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. Vnde Bernard. serm. 1. de S. Andrea, monasteria comparat stagnis, à quibus pisces non habent diuagandi facultatem. In quibus verbis priora, quæ maiorem rigorem continent, non sunt absoluta, sed cum illis limitationibus, pro lucro terreno, & nefandissimo ausu, ex quibus constat non simpliciter prohiberi exitum, sed ad prauum finem, vel ad actiones vel ministeria monachis prohibita, quæ ibi statim recensentur iuxta illius temporis consuetudinem. Posteriora autem verba non continent præceptum, sed monitionem & recordationem proprii status, vt patet etiam ex subiunctis verbis, Se deat itaque solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem viuus. Quomodo etiam dicit Concilium Nicænum in c. placuit. 1. eiusdem q. Placuit omnibus residentibus in sancta Nicæna Synodo, vt monachorum con-

uersatio & vita secundum ætymologiam nominis ab omnibus discrepet (monachus enim Græcè, Latine singulariter agere oportet). Per quæ verba sui status illum admonet, & postea subiungunt præceptum in his decretis (quod pr oculis habendum est) intentum, agunt enim de monachis antiquis, qui ex vi status non erant sacerdotes, neque ad ministeria Ecclesiastica ordinabantur, sed ad vitam separatam & contemplatiuam agendam: directè ergo prohibentur exire ad illa ministeria circa populum peragenda, non verò nouum præceptum circa eorum statum eis imponitur. Imò in dict. c. placuit. 1. in fine aperte supponitur monachos posse exire, seu peregrinari, nam dicitur, vt non sepeant nisi monachum in monasterio seculum commorantem, etsi fortitò quenuquam aduenientium fratrum ibi mori contingerit. Per illam verò comparationem piscis declaratur vtilitas vel necessitas clauſtri ex vi status, non ex speciali præcepto canonico. Aliud decretum est in cap. Monachi. 2. ead. q. sed constat manifestè ibi non exitum, sed Ecclesiasticum ministerium egrediendi prohiberi, & præterea addi, sine imperio Abbatis. Idem potest responderi ad c. iuxta, & c. qui verè ibid.

Consequentiæ autem in num. 1. illatæ probantur à sufficienti partium enumeratione, quia non potest esse aliud principium vnde possit oriri hæc obligatio, nisi regula, quæ quoad hanc obseruantiam non fertur maiori rigore, nec verbis magis indicantibus præceptum, quàm in aliis, vt videlicet in Regula Augustini cap. 10. alias 29. quoad hanc partem solum dicitur: Qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus Præpositus iussit, ire debet. Dixerat enim in cap. præcedenti, & in c. 16. alias 8. vt nunquam soli incedant, sed duo vel tres simul: his autem subiungit, socium debere à Prælo deligari: vnde à fortiori supponere videtur potius quàm disponere vt petatur licentia à Præposito, si quod eundem est: hæc autem regulæ non plus obligant quàm reliquæ. Basilii autem in sua regula nullum peculiare præceptum de hac re posuit: solum in reg. 35. ex fusiori b. indicat vtilitatem magnam manendi intra claustra. Et in c. 8. constit. monast. monet grauius religiosos, vt in assignato sibi ad habitandum loco fortiter & quietè permanerent, & non faciliè huc illucque discurrant. Subdit verò statim: Neque verò tamen propterea perpetuo istamquam in custodia permanendum, sed quandocumque & res possit, & conscientia non reprehendit, libere est: iterque prodeundum, ita tamen vt in prodeundo mediocriter neatur, & praua omnis suspicio euitetur. In regula autem Carmelitarum (quæ creditur esse Basilij) cap. 6. dicitur, maneant singuli in cellulis suis, vel iuxta dies ac nocte in lege Domini meditantes, & cætera. Ex quibus à fortiori sequitur obligatio manendi in clauſtro. Sed illa regula non plus obligat quàm alia, & certum est minus obligare quàm præceptum non exeundi extra claustrum: grauius enim peccaret religiosus Carmelita extra claustrum sine licentia exeis, quàm extra cellam. In regula etiam D. Benedicti nihil expressum de hac re inuenitur: nam licet cap. 29. supponatur esse graue delictum egredi monasterium, tamen sermo ibi est de egressu per apostasiam, vel fugam, quod longe diuersum est. In cap. autem 51. prohibet comedere extra monasterium sine imperio Abbatis, de exitu autem nihil dicit. Neque etiam S. Franciscus in sua regula: solum enim de volentibus ire ad infidelium, disponit in c. vi. vt non eant sine licentia nostri Prouincialis. Denique in Regula S. Pachomij, cap. 36. 47. & 72. prohibetur exitus sine licentia, sicut prohibetur etiam locutio, aut deambulatio in monasterio, vel aliquid simile. Non ap-

paret ergo vnde in hac sit rigorosa precepti obligatio.

IV.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

V.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

Præmissa præsumuntur.

Ut separemus certa ab incertis, supponendum est, exitum à monasterio animi apostatandi, vel fugiendi ab obedientia Prælatorum, esse intrinsece malum, supposita professione, & ex genere suo peccatum mortale, quia directè repugnat obligationi, quæ ex professione nascitur. De qua re infra in lib. 3. à cap. 1. vbi de mutatione religiosi status dicturi sumus: hic enim non agimus de permanentia in statu, & recessu illi contrarius, sed de permanentia in loco materiali monasterij, vt sic dicam, & hanc vocamus clausuram, cui opponitur egressio tantum localis extra septa totius monasterij. Secundò certum est, hanc clausuram non esse ita præceptam monachis seu religiosis, vt nulla ratione eis liceat extra claustrum exire: nam de licentia legitimi Prælati exire licet, vt supponunt omnes regulæ religiosorum, & ius commune non repugnat, communisque consuetudo confirmat. Certum est etiam Prælatos communi & ordinaria potestate posse dare hanc licentiam, nisi vbi aliquod ius proprium alicuius religionis obtinerit. Tertiò suppono esse in religiosis aliquam obligationem non exeundi è claustro sine licentia Prælati, hoc enim etiam constat ex regulis & ex vfu. Intelligendum est autem de religiosis infra Prælatum, nam ipse Prælati sibi potest facere facultatem, vt per se constat, quanuis in modo possit excedere, vt infra attingam. Loquimur etiam de religiosis, qui proficiscuntur vitam communem seu conobiticam prout nunc sunt in Ecclesia: nam si status religiosus consideretur vt fuit in Apostolis, vel prout esse potest in vita solitaria vel priuata, non postulat necessarium hanc obseruantiam. Duo ergo alia videntur posse dubitari. Vnum est, qualis sit obligatio religiosi non exeundi extra claustrum sine licentia: aliud est, an hæc licentia dari possit à Prælato per modum ordinariæ facultatis, vel solum per modum dispensationis.

Circa primum videtur sanè dicendum, hanc obligationem ex genere suo non esse tantum ex simplici ordinatione regulæ obligantis ad ponam, & non ad culpam, sed esse in conscientia, & in rigore proprii precepti obligantis iuxta materiæ capacitatem ita sentit Nau. supra, qui non parum laborat in inueniendo hoc precepto, & tandem illud præcipue reducit ad consuetudinem & vsum omnium religionum. Quanuis enim hæc obseruantia à principio incepta ex directione regulæ, postea verò vfu videtur recepta tanquam res grauis, & intrinsece necessaria ad custodiam & conuenientem disciplinam illius status. Nonnihil etiam potuerunt conferre Conciliorum & Pontificum decreta ad introductionem huius precepti, maxime illud Concilij Chalcedon. c. 4. quod refertur in dict. cap. qu. vere. ibi, in locis, in quibus se semel Deo dedicauerunt, permanentes, & subditur infra, Prætereuntem vero hæc decreuimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Et aliud Alexandri III. in dict. c. 1. Iuxta Chalcedonensis tenorem optimi Concilij monachis, quanuis religiosi ad normam S. Benedicti intra claustrum morari præcipimus, viros, castella, ciuitates præcipue prohibemus. Quanuis enim verum sit hæc & similia fuisse præcepta ad illum finem, vt non vtrique Ecclesiastica ministeria, tamen ea occasione videtur eis præcepta aliqua permanentia in claustro, vel saltem ipso vfu in eo sensu esse illa lex recepta. Et eodem modo, licet illa loquatur de solis monachis, & secundum antiquam institutionem, quæ ad actiones erga proximos non ordinatur: nihilominus quoad hanc partem videtur ab omnibus religionibus recepta, nam in omnibus dictum in conscientia existimatur, claustrum scan-

gere prædicto modo. Vnde innoc. III. in c. quando de offic. ordin. de omnibus loquens inquit, Ad audientiam nostram nouerit peruenisse, quod monachi, canones, & alij regulares iuxta provinciam cum deberent potius in claustro iuxta regularia instituta diuini obsequij vigilare, claustrum abhorrentes per curias Principum discurre, &c. Et similia habentur in Clem. 1. §. quia però. de statu monach. In quibus iuribus directè quidem non præcipitur clausura, sed prohibetur diuagatio & discursus ad curas Principum, maxime sine licentia Prælatorum, & vtrumpotest bona religionis: supponunt tamen regularem obligationem ad clausuram seruandam. Huius autem rei fundamentum magis explicabitur declarando gradum culpæ, quæ in transgressione declarando gradus committi potest.

Dico ergo secundo, hæc obligatio ex genere suo talis est, vt contra illam possit mortaliter peccari, ex eo solum quod materia in illo genere grauis sit. Hæc assertio sequitur ex præcedenti, nam hæc lex vel traditio obligat in conscientia, & per specialem voluntatem legislatoris non limitatur solum vt obliget sub veniali, vbi enim est hæc limitatio? nunquam enim præsumitur nisi explicetur. Cum autem in præfati hæc obligatio vt est in conscientia, maxime nitatur aut legibus canonicis, aut consuetudine, deberet per illas explicari, quod non fit neque in decretis citatis, nec per consuetudinem: ergo relinquitur hæc obligatio in ordinario & quasi naturali modo obligationis legis humanæ: conditio autem huius legis est vt obliget quantum potest iuxta capacitatem materiæ, & consequenter vt in materia graui obliget sub mortali: ergo talis est præfata obligatio. Materia autem grauis respectu huius obligationis potest variis exemplis explicari. Primum, si quis absque licentia claustrum egrediatur, vt extra illud diu & quasi stabili modo viuat, etiam non habeat animum nunquam reuertendi, vel omnino relinquendi religionem: nam talis fuga ex communi sensu omnium religionum grauis transgressio est; imò ego existimo id non fieri sine culpa apostatiæ, quando intenditur mora multum diuturna, de quo infra in lib. 3. suo loco dicam. Multi autem, inter quos videtur esse Caiet. & Nauarr. existimant non esse apostatiam, nisi sit cum animo non reuertendi, & nihilominus pro certo habent esse graue peccatum mortale, quod tamen est in materia clausuræ. Imò idem censendum est de quacunque propria fuga, quæ occultè fit, aut quali violentè inuito Prælato ad vagandum aliquo tempore, etiam si nec tempus sit multum diuturnum, neque vagatio sit ad peccandum mortaliter: & à posteriori signum huius grauitatis est scandalum & infamia vel religio, vel etiam religionis, quam talis fuga solet generare. Propter quod adeo est in iure odiosa, vt etiam prætextu adeundi maiorem Prælatum, in canonibus prohibeatur. Et nouissime Conc. Trid. sess. 25. c. 4. Trident. de Regularibus dixit, Non licet regularibus à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eis missi, aut vocati fuerint; & contrarium facientes mandati puniri vt transgressores sui instituti. Vbi particula, non liceat, satis significat obligationem in conscientia, & modus transgressionis ac poenæ sufficienter ostendit grauitatem transgressionis.

Præter hæc quæ clara videntur, censo etiam esse graue n materiam huius transgressionis quæcumque nocturnū exitum furtiuū, & sine licentia, etiam si alias ex finem sit ad peccandum mortaliter, quia reuera est nimis contrarius decentiæ & custodiæ religiosæ, & eodè effectus scdali & infamiæ per se loquendo seci trahit. Et hoc clarè supponit Clem. VII. in decreto de casibus reſeruatīs religioſorum: nam

VI.

Hæc obligatio per se est grauis.

Casus mortalis nulli certi ex sententia huius materia.

VII.

Casus alii ex sententia Authoris.

nam tertius est nocturna, ac furtiva à monasterio egressio, etiam non animo apostatandi facta, cum enim non referuntur nisi peccata egressum, non tantum ex fine extrinseco, hic enim accidentarius est, & oportuisset id explicare, est ergo tale ex obiecto. Vnde etiam censo, quauis egressio diuturna sit, si tamen fiat animo pernoctandi etiam extra monasterium sine licentia esse sufficientem materiam peccati mortalis. Quia nocturna egressio non est tantum mortalis propter modum exitus, per quem vis quædam fieri videtur custodia monasterij, quæ sine dubio est circumstantia multum aggrauans, sed etiam est grauis propter existentiam ipsam fortunam extra monasterium, tanto & tali tempore, in quo, per se loquendo, inest & periculum infamiae, & scandalij, tam proprij, quam aliorum.

VIII.
Qua sit
causa pra-
dictæ graui-
satis.

Ex quibus exemplis coniectare possumus, radicale fundamentum huius grauitatis, esse ius Superioris ad gubernandum, & custodiendum subditum, quod grauitate laeditur per huiusmodi exitum. Nam in primis subditus ita esse debet sub potestate Superioris, vt ab illo possit vel gubernari & custodiri, vel imperari: à qua subiectione multum subtrahitur per fugam vel discessum à monasterio, inuito, vel inscio Prelato: nam si discessus sit diuturnus quoad moram, priuatur quodammodo Prelatus potestate imperandi, in materia graui, quæ ratione fuga serui, qui tenetur esse sub potestate domini, ex suo genere grauis culpa est: religiosus autem quoad hoc ius modo æquiparatur seruo, vt tomo præced. dictum est. Si autem discessus sit ad modicum tempus quoad quantitatem, graue autem quoad qualitatem, vt sic dicam, quia nimirum est tempus requirens maiorem custodiam, & per mansionem sub potestate Prelati, ea ratione etiam tollitur Prelato subiectio seu ius debitum illi in materia graui: vt si illa furtim discedat à domo paterna, præsertim tempore nocturno, nam licet alias in indiuiduo singamus non peccare mortaliter neque ex intentione, neque ex periculo, ex iniuria quam facit domui paternæ, & fidelitati illi debite, grauitate peccabit: non est autem minus religiosa castitas, & decentia seruanda. Et iuxta hanc ponderationem explicata hæc obligatio, videri potest non mere positua, sed naturalis, & diuina, supposita professione religiosa in tali statu, pertinereque vel ad iustitiam legalem respectu totius communitatis, vel reduci etiam ad votum obedientiæ respectu Prelati: nam hoc votum (quod est notandum) non tantum obligat ad actum obediendum quando actum præcipitur, sed etiam ad persistendum quasi in proxima subiectione, vt mandari quis possit, quam ex natura rei secum affert obedientia, etiam si distinctè non præcipiatur. Vnde furtiva discessio à claustro sic considerata non tam est peccaminosa grauitate ob materialem egressum à terminis localibus claustrj, quam ob subtractionem à subiectione & potestate Prelati, quæ cum illa coniuncta est. Sic ergo satis probabiliter explicatur radix huius obligationis. Quod si aliquibus nihilominus videatur non omnino demonstrari obligationem merè naturalem, negari saltem non poterit, & ostendere sufficientem grauitatem in illa materia ad grauem etiam obligationem legis posituæ, & conuenientissimè impositam esse religiosi hanc obligationem, siue per legem canonicam scriptam, siue per consuetudinem & quasi traditionem.

IX.

Dico tertio nihilominus exire de claustro sine licentia Prelati non esse adeo graue peccatum, quin in indiuiduo possit esse veniale ex leuitate materiæ. Et quidem assertionem ipsam, quantum ad leuitatem culpæ, expresse docet Nau. dict. Comm. 4.

n. 35. Sed videtur amplius velle, nimirum hoc peccatum per se tantum esse veniale, licet per accidens ex scandalo vel nocumento possit fieri mortale. Ratio eius est, quia licet ius commune confirmet, non tam id addendo vim præcepti, sed vim generalis statuti, ita quod non hat de obseruantia præceptum, sed de obseruantia regulæ particularis obseruantia legis generalis. Cuius rationis vim & sensum non satis percipio, quia vel intendit canones Ecclesiasticos nullam huic regulæ addidisse obligationem, sed solum fecisse vt quæ erat regula particularis vnus vel alterius religionis, esset vniuersalis omnium: & hoc repugnat his quæ hæcenus diximus, & verbis canonum quæ præcepta sunt, & multo magis consuetudini, quam ipse non negat: præterquam quod si id verum esset, neque ad peccatum veniale per se obligaret talis prohibitio, quia simplex regula generatum sumpta non obligat in conscientia, nisi induat veram rationem legis. Vel intelligit ius commune addidisse vim statuti generalis obligantis in conscientia cum limitatione ad veniale ex intentione canonum seu auctorum eorum, & interrogo vnde consistit de hac intentione, cum verba præcepta absoluta sint.

Dico ergo peccatum hoc non esse veniale ex limitata voluntate legislatoris, sed posse fieri veniale ex leuitate materiæ, qualis erit, vt opinor, si duo religiosi per communem ianuam sine licentia exeant consuetudo modo, paulo post reuerfuri: clausa enim mortali intentione in tali exitu, & secluso speciali præcepto alius religionis, si forte sit, per se & ex vi clausuræ, hoc non est peccatum mortale: quia ex prudenti estimatione vt tale apprehenditur communi consuetudine: neque illa est subtrahitio notabilis à subiectione Prelati, nec potest dici fuga à monasterio, vel aliquid simile. Quamvis ergo ille sit grauis defectus intra latitudinem disciplinæ regularis, & excusari non possit à culpa veniali, quia aliquo modo laedit claustrum, & custodiā religiosi, tamen non possumus id confirmare ex explosiue damna, quia in illo genere non continet graue deordinatione. Possumus id confirmare ex explosiue supra adducto, nam licet fugiendo grauitate peccet (quod gratia exempli suppono) si tamen ad horam se subtrahat, vt propria vacet voluntati, etiam si aliquo incommodo Domini, non peccabit plus quàm venialiter ob materiæ leuitatem: ita ergo in præfenti. Denique cuiuscunque ferè legis transgressio potest esse venialis ex leuitate materiæ: ergo etiam hæc, quia nulla est specialis ratio quæ obstat.

Tandem dicendum est, non obstante hac obligatione posse interdu exitum hunc extra claustrum fieri licite sine licentia ex iusta causa. Non loquimur de exitu vel apostatico, vel simpliciter fugitiuo à tota religione, & omnibus Prelatis eius, ad hunc enim nulla potest esse iusta causa, est enim intrinsecè malus, vt ipso voto contrarius, & ideo honestari non potest, vt infra suo loco videbimus. Loquimur ergo de exitu, qui licitus esset, si de licentia heret. Hic ergo præsertim ad breue tempus interdum esse potest necessarius ex charitate proximi ad defendendum illum, vel iam morienti per absolutionem subueniendum, vel quid simile: & tunc licet petenda sit licentia, si fieri possit, si tamen initer necessitas, licitum est exire ad opus charitatis necessarium. Verum est in his & similibus casibus interuenire præsumptam, seu relictam licentiam, quæ in his rebus sufficit, vt in citatis licentiam dictum est. Potest tamen accideret, vt petita licentia negetur, & tunc oriri videtur perplexitas quædam: veruntamen visitata regula sequenda est, vt si res fuerit dubia, religiosus sequatur iudicium Prelati, & suam legem obseruet: si autem de necessitate proximi ac proinde de obli-

obligatione charitatis certus ſit, & Prælatus procedat vel ex falſa præſumptione, vel ex prauo affectu, & res poſſit fieri ſine ſcandalo, & infamia religionis, tunc nullum committetur peccatum in tali egreſſu: imo interdum cadere poterit ſub obligatione, quanuis tot requirantur circumſtantiæ, vt vix caſus ſit moralis, niſi in exitu quaſi momentaneo, qui moraliter quaſi pro nihilo reputatur. Hic autem occurrebat quaëſtio, an hic exitus ad longum iter agendum poſſit aliquando eſſe licitus animo eundi ad ſuperiorem Prælatum prætextu propriæ deſenſionis. ſed de hoc dicam commodius infra cit. lib. 3. tractando de apoſtaſia religioſorum.

ex eundi ſit ad peccandum mortaliter, vel cum aliquo graui ſcandalo, quæ omnia accidentalia ſunt. Hæc vero intelligenda ſunt de ordinario egreſſu ad breue tempus, vel ad aliquod iter agendum. Nam ſi loquamur de facultate ad habitadum extra monaſterium, hæc dari non poteſt niſi per modum diſpenſationis ex cauſa legitima: quia quoad hoc prohibitio eſt abſoluta, vt conſuetudo ipſa declarat, vt infra tractando de mutationibus religioſorum latius dicemus.

Ex quibus infero, Prælatum, qui in tali loco non habet ſuperiorem, ex eundo ſine iuſta cauſa, non violare clauſuram, licet aliàs fortasſe peccet. Probatur, quia non exit ſine licentia, quam enim poteſt alijs dare, poteſt etiam ſibi ſumere; vel certe lex illa, quæ in ſua met materia includit licentiam Prælati, loquitur ſolum ad ſubditos, relinquens Prælatum in libertate, quam habet ex vi ſui muneris: nec imponit illi ſpeciale obligationem, vt illa irrationabiliter non vtatur, quia de hoc nihil loquitur, ſed relinquit naturali obligationi. In quo vltimo puncto oppoſitum ſentit Nauar. ſupra n. 32. non tamẽ dicit peccare mortaliter, ſed forte venialiter, ex illo principio, *Potere legem, quam ipſe rulerit*. Cum autem nos dixerimus ex vi legis clauſuræ & ſubditos non peccare egrediendo ſine cauſa, dummodo non ſine licentia, potius ſequitur ex illo principio, Prælatum etiam non peccare propter tranſgreſſionem illius legis, licet fortasſe aliudẽ id nõ faciat ſine peccato.

XIV.
Iluſtrum de
egreſſu ipſius
Superioris.

At vero loquẽdo ex vi regulæ non poſſumus doctrinam generalem tradere niſi ſub cõditione proportionata vnicuique regulæ. Nam ſi aliqua regula obligat ad ſpecialem clauſuram præter communẽ hæcenus explicatam, & directe prohibet vel Prælatis eam licentiam dare, niſi ex iuſta & neceſſaria diſpenſatione; vel ſubditis abſolute interdicit violationẽ eius, tunc licentia data ſine iuſta cauſa non reddet religioſum tutum in conſcientia intra gradũ obligationis regulæ, id eſt, ſi regula obligat ſub mortali, non excuſabit illud, ſi ad veniale ſimiliter: ſi vero ad ſolam pœnam, hæc iam non eſt proprie in conſcientia, & ideo apud ipſum Prælatum, qui dedit facultatem, fortasſe excuſabit, non tamen apud ſuperiorem Prælatum, ſi tam clara ſit iniquitas licentię, vt non poſſit ſubditum ignorantia, vel authoritas Prælati excuſare. Ratio eſt, quia tunc non ſufficit ſimplex licentia, ſed diſpenſatio neceſſaria eſt, vt ſupponitur, ex vi regulæ: illa vero diſpenſatio ſine cauſa rationabili non tantum eſt iniqua, ſed etiam nulla, quia eſt ab inferiori in lege ſuperioris: regula enim eſt ſuperior Prælato, & ab altiori iuriſdictione ſeu poteſtate. Exemplum huĩus rei eſt, quod Nauar. ſupra adducit de clauſura Carthuſianorum, qui per ſtatuta prohibentur egredi clauſtrum ſine licentia Prioris Generalis, niſi in raris caſibus in eorum conſtitutionibus numeratis. Et ſimile fere exemplum eſt in religione Chamaulduleniſi. Et omnes pene religiones monachales maiorem clauſuram ex vi ſuæ regulæ profitentur, quàm Mendicantes, quia non profitentur mendicitatem, aut miniſteria, quæ ſine egreſſu à clauſtro commode fieri non poſſunt. Et inter ipſas monachales quædam obſeruant ſtrictiorem clauſuram: imo intra eandem religionem quædam monaſteria ex peculiari conſtitutione, vel conſuetudine ſtrictiorem ſeruant clauſuram, vt in religione S. Benedicti Caſſinenſe monaſterium in Italia, & Montis Serrati in Hiſpania: & inter Canonicos regulares Illuſtre cœnobium S. Crucis in hac vrbe Conimbrica, & ſic de alijs monaſterijs, in quibus gradus & modus obligationis iuxta proprias vniuſcuſque conſtitutiones attendenda ſunt; multum etiam conſuetudo conſideranda: nam in his rebus magnam vim habet, vt Nauar. aduertit.

XV.
Secunda
pars reſolũ
tionis.

Exempla
iuriſdictionis
ſuperioris
in reſolũ
tionis.

XII.

Conſuetudo
clauſuræ

Præſentia
vniuerſalis

Præſentia

Conſuetudo

Conſuetudo

XI.

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Conſuetudo

Franc. Suar. de ſtatu relig. Tom. IV.

C

CAPVT